



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XLVIII. Graf Bederich von Belitz schenkt dem Kloster Lehnin eine Mühle bei Rottstock, am 6. August 1251.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XLVII. Graf Heinrich von Anhalt disponirt über gewisse von dem Kloster Lehnin zu  
Lverichsdorf und Byeren gekaufte Besitzungen, im Jahre 1250.

In villa Lyuerichstorp bona aliqua sunt empta a quodam Ludechero de Saltwedel  
Priuilegium H. Comitis de Anhalt. Anno 1250.

In villa Byeren de bonis emptis a quodam Hinrico Cnop et de bonis in Lyuerich-  
storp emptis a Ludechero Saltwedel H. Comes.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gercken VII, 337.

XLVIII. Graf Bederich von Beltz schenkt dem Kloster Lehnin eine Mühle bei Rottstocf,  
am 6. August 1251.

Vniuersis christi fidelibus presentem literam inspecturis Bedericus, dei gracia Comes  
in belticz, In eo qui omnium salus est et vita Salutem et post parasceuen sabbatem delicatam.  
Ut tempus labitur sic et gesta temporis oportet ea voce testium eterna fieri seu testimonio litterarum:  
dum viuit litera viuit et accio Commissa litere nec cuiquam facto infurgit calumpnia, cum sola venit a litteris  
fortitudo. Nouerint igitur tam presentes quam et futuri presentem paginam inspecturi, Quod nos di-  
uina nobis gracia inspirante statum pariterque profectum sancte leninensis ecclesie nobis in  
christo dilecte toto mentis desiderio ac animi constancia incolumem prosperum atque sublimem teste  
deo nostrique cordis consciencia in omnibus affectantes, ob debitam beate et gloriose virginis marie  
reuerenciam ac omnium progenitorum nostrorum animarum salutem, Eidem ecclesie sancte In hono-  
rem beate marie virginis fundate Vniuersoque capitulo ordinis Cisterciensis tam dominis quam et  
fratribus in iam memorata ecclesia domino nostro ihesu christo ac gloriose virgini marie obnixus et  
deuocius omni mentis flagrantia fideliter famulantibus, proximum molendinum Rodestok ville no-  
stre situm super aquam que plana vulgariter appellatur cum omni superiori earumdem aquarum  
decurfu usque ad pontem transpositum atque locatum penes villam trebegoz libere contulimus  
pleno iure quieta pace in perpetuum possidendum, Tali nobis gracia a iam dicta ecclesia recompen-  
sata, ut a tam presentibus nunc temporis ibidem degentibus et deo omnipotenti et eius genetrici  
gratuite obsequentibus quam et a futuris vxoris nostre, comitisse Bertradis et nostri nominis  
memoria pariterque omnium nostrorum progenitorum defunctorum perpetuo peragatur Et fideli con-  
firmacione prout secundum diuine misericordie intuitum videbitur expedire priuilegiis ac scriptis  
iugiter perhennetur. Verum ne in hoc facto predictae ecclesie totique capitulo eiusdem loci in po-  
sterum aliqua suboriri possit calumpnia ipsum factum presenti scripto ac nostri sigilli munimine duxi-  
mus roborandum Nominibus nichilominus qui presentes aderant testium adnotatis, que sunt hec: do-  
minus Conradus de Rauensteyn cognominatus Wolfhoge, Dominus Liborius de Do-  
chowe, Dominus godefridus de Wida, dominus heinricus Kalingus, Dominus Hynricus  
de lubafz, Dominus Geuerardus de Dochowe, Dominus fredericus de meringhen, Do-  
minus appollonius, Johannes de lubafz, Johannes de Tamendorp, Magister Inelardus  
domini comitis de belticz Cappellanus, Theodericus aduocatus, hynricus plebanus in lufowe,  
huius litere notarius, Et alij quam plures, Quorum nomina longum esset enarrare. Acta sunt hec



Anno Incarnationis Domini Millefimo Ducentesimo Quinquagesimo primo. Datum belticz, In festo beati sexti pape et martiris, Octavo ydus Augusti.

Aus dem Orig. des K. Sächs. Staats-Archives in Dresden.

**XLIX.** Herzog Albert und Herzog Johann von Sachsen und des letztern Gemahlin bestätigen die vorstehende Schenkung, im Jahre 1251.

Molendinum Gomenik prope Rostok cum piscina et aqua supra et infra, que aqua vulgariter Plana dicitur, usque ad pontem transpositum penes villam Trebegoz contulit monasterio pleno jure in perpetuum possidendum Bedericus Comes de Beltiz, ut memoria ejus et uxoris ejus Bertradis et omnium suorum progenitorum defunctorum perpetue peragatur, Alberto Duce Saxonie confirmante. Item Johannes Dux Saxonie et E. Ducissa confirmavit per proprias literas Anno 1251.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 331.

Anm. Nach dem neuern Verzeichnisse gehören diese Bestätigungs-Urkunden in das Jahr 1260.

**L.** Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin das Dorf Krummensee, im Jahre 1251.

Villam Crummense cum omnibus suis atinentiis vendiderunt pro CL marcis Johannes et Otto, Marchiones, Anno 1251.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gercken VII, 328.

**LI.** Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin das Dorf Nagem, im Jahre 1252.

In deme Name der hylgen vnd vngescheiden dryualdicheit. Johann vnd Otto, syn bruder, von Godes Gnaden Marggreuen thu Brandenborch. Allen lüden thu ewygen tyden sint wy plichtig thuthulatende redelicke bede aller redelicke dyng van sacken der werdicheit vnser beuolen ambachtes. So ifs dat werdich vnd mogelick, dat wy geuen begerlicke vulbort dem recht werdigen begeringen deriennen, dy dy hofsam der geystlicheit louelich macket vnd vns dynen med sunderliken vlyte orer vvermüdeden jnnicheit. Hyr vmme dun wy wytlicken allen cristen lüden beyde gegenwordigen vnd thukomenden, dat wy vmme vnser sylen salicheit vnd loners willen der hemelfchen ruwe, deme lenynschen Closter vnd den bruderen, dy yn deme suluen Closter gode rydderschappen, dat dorp Netzem vorkoft hebben vor thwe hundert marck seueteyn marck münte med allem rechte yn acker, yn watern, yn wischen, yn weyden, yn holten, vnd yn allen andern thubehoringen, alse wy sy alfus lange gehadd hebben, vnd vnse vorvaren von olden